



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis  
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris  
Sermones In Dominicas & Festa per annum**

**Bernardus <Claraevallensis>**

C. De discrimine inter plebem & præsulem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39254**

habent hi pro quibus intercedunt, secundum. Sunt alii qui nonnulla bona occulte faciunt, pro quibus merentur regnum ccelorum, sed tamen furari illud dicuntur, quia laudem humanam vitantes, solo divino testamento contenti sunt. Horum figuram tenuit mulier in Evangelio c quæ fluxum sanguinis patiens cogitavit intra se, dicens: *Si tetigero sambiam vestimenti eius, salva ero.* Quo dicto accessit occulte & tetigit, & salva facta est. Alii sunt qui compelluntur: verbi gratia ut pauperes necessarii, quos scilicet hic ignis paupertatis Deo dispensante purgat: ne in futuro ignis judicii puniat. De quibus scriptum est d. *Compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Compelluntur multi variis necessitatibus & oppressionibus afflitti: qui mira Dei providentia dum temporalem poenam si non libenter, tamen patienter sustinent, vitam consequuntur æternam.

<sup>c</sup> Lus. 8. f<sup>d</sup> Luc. 14. e

## S E R M O C.

## De discriminine inter plebem &amp; præfulem.

**Q**uantum distat inter pastorem & gregem, tantum debet distare inter Episcopum & plebem. Stat ille sublimis & rectus, curvat iste caput solo depresso. Unde Poeta: *Pronaque cum spectent animalia cætera terram:* <sup>Ovidius Me-</sup> tam. 1. *Os homini sublime dedit.* Ille regit, iste regitur: ille pascit, iste pascitur: ut ex ipsa forma & habitu uterque discernatur. Habet ille in manu virgam qua feriat, vel potius ducat & reducat ovem. Quid est autem habere in manu virgam, nisi in opere disciplinam, ut subjectos suos exemplo magis instruat quam verbo? Erubescunt enim superbi esse discipuli, si eos in humilitate præcesserint magistri. Unde de Domino scriptum est a: *Quæ cœpit Iesus facere & docere,* Habet etiam baculum, quo fuerit lupum. Virga ovem, baculo lupum. Hoc est mites & obedientes debet lenius corripere, duros vero corde & improbos acris arguere: cumque necesse fuerit, etiam anthematis sententia ferire. Tenet canem in fune, zelum scilicet in discretione, ne sit de illis de quibus scriptum est b. *Habent zelum,* (alias, emulationem) <sup>b</sup> Rom. 10. a *Dei, sed non secundum scientiam.* Habet etiam pastor bonus panem in pera, hoc est verbum Dei in memoria.

<sup>a</sup> Act. 1. a<sup>b</sup> Rom. 10. a

## S E R M O C I.

## De quatuor modis diligendi.

**D**uo sunt amores, carnalis & spiritualis: ex quibus colliguntur quatuor modi diligendi, scilicet diligere carnem carnaliter, spiritum carnaliter, carnem spiritualiter, spiritum spiritualiter. In his fit quidam profetus & ascensus ab inferioribus ad superiora. Nam ut homines qui tantum noverant diligere carnem carnaliter, ad hoc proficerent, ut Deum quoque diligenter spiritualiter. Deus caro factus est, & loquendo & conversando <sup>Duo amores</sup> *Carnalis & Spiritualis.*

CCCC

cum